

AYUNTAMIENTO
DE MURCIA
ARCHIVO

EST^E 4

TAB^A C

N.^o 28

ESTE EJEMPLAR,
POR SU TAMAÑO Y/O
ESTADO DE CONSERVACIÓN
NO SE PUEDE FOTOCOPIAR

Acuerdo Comisión de Gobierno: 27 octubre, 1988








N. S. DEL ROSARIO

...mo se venera en la Catedral de la Ciudad de Orihuela Adoracion de su Ilmo
Cofradia.



X

PUBLICATA INSTANTBUS, ET REQUI-

RENTIBUS MELCHIORE ABAT FISCI CURIA

Ecclesiastice Promotore , & Francisco
Gil , Notario Fisci Regij
Procuratore.

DIE DECIMO QUARTO

Mensis Maij anno millesimo sexcen-
tesimo decimo tercio.

DIE DECIMO QUARTO

Mensis Maij anno millesimo sexcen-
tesimo decimo tercio,

CHRISTI NOMINE INVOCATO, EIUSQUE INTE-

merata Maris Virginis Maria auxilio humiliter implorato.



OS Franciscus Limiñana I. V. D. Fisci Ec-
clesiastici Advocatus Arbitr̄ pro Eccle-
siastica iurisdictione electus , & nomi-
natus , & Franciscus Hierominus Perez
I. V. D. Fisci , ac Regij Patrimonij Ad-
vocatus Arbitr̄ pro Regia iurisdictione
electus , & nominatus ad infra scripta du-
bia decidenda. Viso toto pr̄esentis conten-
tionis Processu , ac visis videndis cor-
corditer nostrum ferimus arbitrium in
modum sequentem.

Et quia in primis fuit dubitatum in-
ter Ecclesiasticam , & Regiam iurisdic-
tionem , utrum Vicarius Generalis , &
Officialis Oriolensis , debeat revocare enantamenta , seu procedimēta

A

ab

X p s.

Officialis Oriolensis , debeat revocare enantamenta , seu procedimēta

ab eo facta ad instantiam Promotoris Fiscalis Curiae Ecclesiasticae adversus Andreá de la Fuente, Arguaciriū Generalis Procuratoris, & Baiuli Villæ Marchionatus de Elig. Et quia ex tenore processus fulminati in dicta Curia Ecclesiastica constat, quod proceditur contra dictum Arguacirium ex causa iuramentorum, sive blasphemiae ab eo prolatorum intra Ecclesiam Parochialē S. Mariæ dictæ Villæ, & ex qualitate delicti, & loci tribuitur iurisdictio Ecclesiastico Iudici in eo casu procedendi contra dictum Arguacirium, quamvis laicum, & ex eo secularis iurisdictio non laeditur. Propterea in isto primo dubio declaramus, & arbitramur, predictum Vicarium Generalem, & Officialem Oriolen. potuisse, & posse in dicta causa procedere, non obstantibus in contrarium allegatis.

Et quia dubitatur secundo, utrum predictus Vicarius Generalis, & Officialis Oriolen. teneatur revocare, & annulare procedimenta facta contra Franciscum Ortiz de Lopez, Generalem Procuratorem, & Baiulum predictæ Villæ, & Marchionatus, & contra Iosephum Ximenez I. V. D. Assessorē illius, & eius scribam, & Arguacirium ex causa non restituendi valorem cuiusdam instrumenti piscandi, vulgo nuncupati *la peseta*, quod instrumentum dicitur suispe per dictum Arguacirium abstractum à domo Ioannis Agullò Clerici tonsurati, & Acolyti Beneficiati in dicta Ecclesia S. Mariæ Villæ de Elig. Demandato dicti Procuratoris, & Baiuli, & ex causa cuiusdam informationis, receptæ per dictum Procuratorem, & Bayulum contra dictum Ioannem Agullò contravenientem ordinationibus factis contra piscantes in Albuferia, sive stagno dicti Marchionatus, vel eius terminis, & limitibus ad dictum Iudicem Ecclesiasticum transmissæ per dictum Procuratorem, & Baiulum, propter quam prætenditur, quod dicti Sæculares Iudices inciderunt in excommunicatioñis pœnam, appositam in Bulla in cæna Domini. Et quamvis pro Regia iurisdictione fuerit prætensum, quod quamvis dictus Ioannes Agullò esset Clericus, & Beneficiatus, tenebatur servare ordinationes & prohibiciones factas contra piscantes in dicto stagno. Et quod quamvis contra illum non posset procedi per Iudices sæculares, tamen quia in dictis ordinationibus inter alia apponitur pœna confiscationis similiūm instrumentorum piscandi, prætenditur, quod absque dubio dicti iudices sæculares potuerunt predictū instrumentum piscandi, quod inciderat in commissum, propria auctoritate occupare, & comburere, dicendo etiam, quod ex responsione, ab eis facta in primo mandato, à curia Ecclesiastica expedito ad instantiam dicti Ioannis Agullò Clerici, dixerunt, quod receperant dictam informationem non eo animo, ut prætenderent procedere contra personam dicti Clerici, sed potius eo animo, & intentione, ut dictam informationem transmitterent, prout transmiserunt admodum Illustrissim. & Reverendissim. Domino Episcopo Oriolen. ut prædictum Clericum reprimeret ab exercitio immoderato, causa mercimonie, piscandi in dicto loco prohibito. Et ideo cum propositum, & animus distinguant maleficia, dicunt, ipsos non contravenisse Bullæ in cæna Domini, neque ex dicta causa potuisse citari per Iudicem Ecclesiasticum ad videndum se declarari incurrisse excommunicationis pœnas appositas in dicta Bulla. Attento tamen quod de huiusmodi exceptionibus spectat cognitio ad Iudicem Ecclesiasticum, qui est Iudex causæ principalis, & quod in hoc sæcularis iurisdictio non videtur læsa. Attento tamen, quod ex processu fulminato in dicta Curia Ecclesiastica constat evidenter.

ter , quod mandatum ; expeditum à dicta Curia Ecclesiastica ; ci-
tando prædictos Iudices Sæculares ad videndum declarari incu-
rrisse dictas pænas , & censuras contentas in dicta Bulla , contine-
bat , quod intra duos dies personaliter , & non per Procuratorem
facerent dictam comparitionem , & quod prædictum mandatum præ-
dictis Iudicibus intimatum die vigesima secunda Aprilis proxime præ-
teriti , & quod ante lapsus dictorum duorum dierū , nempe hora nona
ante meridiem die vigesimi quarti prædicti mensis Aprilis fuisse
latam , & publicatam per dictum Vicarium Generalem Oriolen.
declaratoriam incursum dictarum censurarum , & quod eodem die vige-
sim quarto Aprilis hora undecima ante meridiem prædicti Officia-
les per medium Iosephi Sempere Notarii illorum Procuratoris ob-
tulerunt appellationis scripturam coram dicto iudice , ignorantes dic-
tam declaratoriam intempestive factam , & habita notitia prædictæ
declaratorie , dicti Iudices sæculares instarunt locum Tenentem
Generalis Gubernatoris in præsenti Valentiae Regno citra Sexonam ,
ut ad præsentem contentionem deveniretur , prout soit deuentum.
Et quia notorie constat gravamen fuisse illatum prædictis Iudicibus
sæcularibus , cum dicta declaratoria , ante lapsus terminum citationis
facta. Id circa , & alias cognoscimus , declaramus , & arbitramur ,
prædictum Iudicem Ecclesiasticum astrictum fore , & esse ad anulan-
dum , prout anulari mandamus prædictam declaratoriam incursum cen-
surarum provisam per dictum Iudicem Ecclesiasticum ita ut causa
remaneat in eo statu , quo erat ante quam publicaretur.

Tertio soit dubitatum , utrum prædictus Iudex Ecclesiasticus
Oriolen. teneatur annulare , & revocare mandata , & alia proce-
dimeta facta , & provisa contra cōductores decimarū Villæ de Elig. & quā-
vis pro Regia iurisdictione fuerit pretensum , quod dicti conductores non
posunt conveniri ad solvendum pretium suarum conductionum
coram Iudice Ecclesiastico , quia sunt mere sæculares ; Tum
etiam quia in dicta Villa de Elig. eius Marchio est Generalis
Administrator dictarum decimarum , & eius Maiordomus sive Oc-
conomus nomine dicti Marchionis recipit stipendia dictæ adminis-
trationis , & quando fiunt dictæ conductiones ; mediantibus Officialibus
dictæ Villæ cum interventu Vicarij foranei , obligationes , & fide iussio-
nes solvendi præmium dictarum conductionum decimarum stipulan-
tur prædicto Maiordomo , & eius periculo fiunt dictæ assecuratio-
nes , & in dictis obligationibus speciali pacto prædicti conductores
volunt conveniri coram prædicto Generali Procuratore , & Baiulo
dicti Marchionatus ; dicendo etiam , quod quamvis causa decima-
rum sit res Ecclesiastica , & eius cognitio , quatenus concernit
ius , pertineat ad Iudicem Ecclesiasticum , tamen cum dictæ exac-
tiones , quæ fiunt à dictis conductoribus contineant merum factum ,
debent coram dicto Procuratore , & Baiulo fieri , saltem iuxta fo-
tos , & Privilegia Regni , cum fructus decimarum colligantur ex
prædijs rusticis quæ sunt bona de realenco. Et quia Dominus Rex
ex concessionibus Sedis Apostolicæ acquisivit omnes Decimas tem-
pore , quo istud Regnum Valentiae de manu Sarracenorum acquisivit ,
& quamvis bonam , vel maiorem partem contulit Ecclesijs , iuri-
dictio tamen cognoscendi , & exequendi dictas Decimas , sive illa-
rum exactionem , remansit penes Dominum Regem. Attento tamen ,
quod , et si dicti conductores tanquam sæculares possint sine dif-
ficultate conveniri coram Iudice sæculari pro dicto pretio solben-
do ,



Lxx
do; & etiam coram dicto Generali Procuratore, & Baiulo tam ad instantiam dicti Maiorisdomi, vel alterius cuiusvis habentis portionem in dictis Decimis virtute praedicti pacti summisionis fori in dictis obligationibus apponi soliti, & pariter dictus Maiordomus, quidictum Marchionem representat, potest ad instantiam cuiusvis habentis partem in Decimis, poterit coram dicto Procuratore Generali convenire ad solvendam partem pretij dictarum conductionum sibi pertinentem; non ideo neganda est actio praedictis personis Ecclesiasticis, vel alijs portionem habentibus in Decimis, quo minus possint praedictos conductores coram dicto iudice Ecclesiastico conuenire, ratione debiti orientis ex praedictis Decimis; cum iuxta liris regulas, pretium succedere soleat loco rei, & subrogatum naturam sapiat eius, in cuius locum subrogatur. Nec dubium facit, quod ex aduerso dicitur, quod dictæ Decimæ capiuntur ex bonis de realenco, & quod Dominus Rex eas aquisierit à principio; quoniam quidquid sit dispositum respectu Civitatis, & Regni Valentia in ista materia, tamen in ista parte Regni Valentia Gubernationis Oriolen. cum notorie constet ex processu, quod ista pars Regni antea erat de Regno Castellæ, & Murcie, & Episcopatus Carthaginæ. & quod in dicto Episcopatu Carthaginæ. solus Iudex Ecclesiasticus consuevit de causis Decimarum, tam iuris, quam facti cognoscere, & quod quamvis postea ista pars Regni fuerit unita Regno Valentia, & Coronæ Aragonum, tamen huic Ciuitati Oriolen. & alijs locis dictæ Gubernationis fuerunt reservata iura, consuetudines, & mores, quibus antea utebantur. Et quanvis temporis cursu fuerit noviter creatus Episcopus Oriolen. tamen constat ex pluribus instrumentis in processu exhibitis, & ex varijs depositionibus testium in eodem processu receptorum dictum Iudicem Ecclesiasticum Oriolen. continuasse praedictam consuetudinem procedendi in toto Episcopatu, & signanter in dicta Villa de Elig. in omnibus causis Decimarum tam iuris, quam facti, tam per extractionem pignorum, & venditionem illorum, quam per Censuras Ecclesiasticas. & alias, absque eo quod super, illius iurisdictione unquam fuerit controversiæ. Propterea cognoscimus, & declaramus nullum in hoc fuisse illatum gravamen sæculari iurisdictioni, propter quod Iudex Ecclesiasticus teneatur ad revocanda mandata, vel alia procedimenta, facta contra conductores praedictæ Villæ, & Marchionatus de Elig; & ita declaramus, & arbitramur, non obstantibus in contrarium prætensis, & allegatis. Vedit Franciscus Liminyana Arbitrè qui supra. Vedit Perez Arbitrè Regie iurisdictionis.

Lata, & promulgata fuit huiusmodi sententia per Iudices Arbitros, qui supra, & lecta, & publica per Nos Ioannem Alcaraz del Soto Notarium, & scribam pro Ecclesiastica iurisdictione, & Genesum Christophorum Bellver Notarium, & Scribam pro Regia iurisdictione instantibus, & requirentibus Melchiore Abat Curiæ Ecclesiastice Promotore, & Francisco Gil Notario Fisci Regij Procuratore, loco, die, mense, & anno, quibus supra, presentibus ibidem Iosepho Cases Vniuersitatis de Callosa, & Thoma Leon Socistano Oriole incolis, testibus, adpremissa vocatis, atque rogatis.

ALEGACION

SEGUNDA,

DEL DOCTOR MIGUEL

Angel de Ossio

POR

DON GERO

NIMO DE ROCAMORA

MARQUES DEL RAFAEL,

CON

LA CIUDAD DE ALICANTE



AYUNTAMIENTO
DE MURCIA
ARCHIVO

EST- 4

TAB- C

N° 1

2008 Ministerio de Cultura